

3344.

1338 d. 20 Mars.

Bolmsö.

Offe Erlandssons enka ELENA VEMUNSDOTTER säljer till Ulf Niklisson sin vestra gård i Ikornahult för 50 mark penningar.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus ELENA relicta offonis erlenzsson salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi me. vlphoni niclasson curiam meam occidentalem in ykurnahult cum omnibus suis pertinenciis videlicet agris pratis paschuis piscariis siluis domibus infra sepes et extra. longe vel prope positis pro quinquaginta marchis denariorum legaliter vendidisse transferendo in ipsum, ipsiusque heredes plenum proprietatis ius, et possessionis dominium dictam curiam cum suis pertinenciis vt premissum est occupandi donandi vendendi mutandi ac alio quocumque modo prout ei visum fuerit ordinandi In cuius rei testimonium siggillum meum et siggillum wæmundi filii mei presentibus sunt appensa, datum apud ecclesiam bolmszø anno domini M° CCC° XXX°. octauo feria sexta ante dominicam medie XL:me.

Sigillen: N:o 1 borta, den ur brevet klippta remsan qvar; N:o 2, »S. Elene Wæmvdæ dot.» (sparre).

3345.

1338 d. 25 Mars.

OLOF JONSSON bortbyter 7 örtugland i Åkerby i Salem socken till Vårfruberga kloster, mot 11½ örtugland i Östra Hedby (Edeby) i Helgarö socken.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus OLAUS JONSSON salutem in domino sempiternam tenore presencium constare volo euidenter quod religiosus ac in christo deuotis sanctimonialibus in monte beate virginis modo permutationis prediorum. septem solidos terre in akýrbý parochýa slææm pro vndecim solidis terre et dimidio solido terre in østræhedhbý parochýa helghar-num, et eo maiora predia ab ipsis recipiam. quia recepta predia ex eis. propriis olim in redditibus et prouentibus alias non equipollerent, cum omnibus eiusdem terre pertinenciis prope vel remote positis. do et ad manus assigno dictam terram in earum possessionem perpetuam mihi meisque heredibus alienans In cuius rei testimonium presentes sigillo discreti viri Johannis karlsson de boornø vna cum sigillo proprio duxi roborandas Datum anno domini M° C° C° C° X° X° X° octauo in annunciacione beate virginis gloriose.

Sigillen: N:o 1 (skölden delad; två otydliga figurer (björnramar?) i den öfra och en dylik i den nedra delen); N:o 2 (skölden klufven, i högra delen en half fläkt örn, i den venstra 2:ne dubbla sågskuror = Örnsparrvapnet), inskriften på båda borta.